

goni prædicta & katerum venientem à maiore angulo super latus maius & hoc vt supra dixi diuidendo aream per dimidium laterit majoris quo kateto inuento diuide aream trigoni per dimidium laterum iunctorum cum kateto & exiens est semidiameter circulorum, exemplum intrigono superiori area fuit 84. hanc diuido $P 7\frac{1}{2}$ dimidium lateris majoris exit $11\frac{1}{2}$ katetus iunge igitur dimidium laterum quod fuit $21.$ cum kateto qui est $11\frac{1}{2}$ fit $32\frac{1}{3}$ diuide aream trigoni quæ est 84. per $31\frac{1}{3}$ aggregatum ex kateto & dimidio aggregati laterum exit $2\frac{59}{108}$ & tanta erit semidiameter vtriusque circuli inscriptibilis.

⁵⁰ Cum volueris in trigono maximum semicirculum inscribere ita quod diameter cadat super vnum latus & circumferentia tangat reliqua latera tunc aggrega duo latera quæ vis vt tangat circumferentia circuli & aggregati cape dimidium & per hoc dimidium diuide aream trigoni quod exit est semidiameter circuli exemplū volo in trigono superiori inscribere semicirculum ita quod diameter cadat super latus quod est 14. tunc iunge 13. & 15. reliqua latera fiunt 28. cape dimidium & est 14. diuide 84. aream trigoni $P 14.$ exit 6. & hæc erit semidiameter semicirculi maximi inscriptibilis cuius diameter sit pars lateris 14. item volo vt sit pars lateris de 15. iungo reliqua & sunt 14. & 13. fiunt 27. capio dimidium quod est $13\frac{1}{2}$ diuide 84. per $13\frac{1}{2}$ exit $6\frac{2}{9}$ & tanta erit semidiameter semicirculi quæsiti & ita in omnibus triangulis potes maximum in scribere semicirculum à quacumque parte volueris.

⁵¹ Cum volueris in aliquo circulo describere quinque circulos maximos & æquales sic facies tu scis quod proportio diametri ad latus pentagoni est veluti 10. ad $\pi \cdot V. 62\frac{1}{2} \text{ m.}$ $\pi \cdot 781\frac{1}{4}$ ponamus igitur quod diameter circuli sit 4. dic igitur per regulam 3. si 10. producit $\pi \cdot V. 62\frac{1}{2} \text{ m.}$ $\pi \cdot 781\frac{1}{4}$ quid producit 4. multiplica 4. in prædictam $\pi \cdot V. 1000.$ m. $\pi \cdot 20000.$ diuide per 10. exit $\pi \cdot V. 10.$ m. $\pi \cdot 20.$ & tantum erit latus pentagoni vt patet ex regula 25. 44. capituli habita igitur proportione diametri ad latus pentagoni veluti 4. ad $\pi \cdot V. 10.$ m. $\pi \cdot 20.$ sequitur quod proportio quadrati diametri ad quadratum lateris pentagoni est veluti 16. ad 10. m. $\pi \cdot 20.$ imaginare igitur alium circulum transeunte per omnia quinque centra paruorum inscribendorum cuius diameter est quærenda hoc modo pone quod diameter vnius circuli parui ex illis quinque inscribendis sit 1. co. & hoc est latus pentagoni inscriptibilis circulo transeuenti per centra quadratum igitur est 1. co. dic ergo si 10. m. $\pi \cdot 20.$ fit 16. quid fiet 1. ce. multiplica 16. in 1. ce. diuide per 10. m. $\pi \cdot 20.$ hoc modo duc 16. ce. in recisum quod est 10. $\pi \cdot \pi \cdot 20.$ fiunt 160. ce. $\pi \cdot \pi \cdot 5120.$ ce. ce. diuide per 80. productum recisiexeunt 2. $\pi \cdot \pi \cdot 4\frac{4}{5} \text{ ce. e.}$ & hoc est quadratum diametri circuli transeuntis per omnia centra paruorum circulorum & quia hæc diameter addita diametro quod est 1. co. parui circuli æquatur 4. diametro totali igitur diameter circuli medij est 4. m. 1. co. & quadratum

eius est 16. $\text{p. 1. ce. m. 8. co.}$ & hoc est æqua le 2. ce $\pi \cdot \pi \cdot \frac{4}{5} \text{ ce. ce.}$ quare 1. ce. $\pi \cdot \pi \cdot \frac{4}{5} \text{ ce. ce.}$ $\pi \cdot 8. \text{ co.}$ æquatur 16. reduc ad 1. ce. fiet 1. ce. $\pi \cdot \pi \cdot 40. \text{ m. co.}$ $\pi \cdot 1280.$ æqualia 80. m. $\pi \cdot 5120.$ sequere æquationem per capitulum quinquagesimum primum diuide res habebis 20. m. $\pi \cdot 320.$ multiplicat in se fit $720.$ m. $\pi \cdot 512000.$ adde numerum sicut 800. m. $\pi \cdot 512000.$ m. $\pi \cdot 5120.$ ab hoc aufer dimidium radicum quod est 20. m. $\pi \cdot 320.$ erit lōgitudo diametri circuli quæsiti $\pi \cdot \pi \cdot \text{L.V.}$ 800. m. $\pi \cdot 512000.$ m. $\pi \cdot 5120.$ m. V. 20. m. $\pi \cdot 320.$ Et est sensus accipe $\pi \cdot \pi \cdot 512000.$ & $\pi \cdot 5120.$ & eas detrahe ex 800. & residui accipe $\pi \cdot \pi.$ à qua detrahe 20. & ei adde $\pi \cdot \pi \cdot \text{V.}$ residui $\pi \cdot \pi \cdot \text{V.}$ est diameter quæsita.

Cum volueris inuenire diametrum cit⁵² colorum 7. inscribendorum in circulo ita quod 6. cadant in circuitu & unus in medio diuide diametrum per 3. & habebis quod quæreris exemplum sit diameter circuli 4. diuide 4. per 3. exit $1\frac{1}{3}$ si igitur inscripſis circulos paruos iuxta circonference circuli magni secundum quantitatem $1\frac{1}{3}$ facies 6. circulos paruos se contangentes æquales & in medio relinquetur spatium pro uno circulo æquali illis & ita erunt 7. & dicitur facere roxam à similitudine.

Cum volueris scire quanta sit diameter ⁵³ circulorum 4. inscribendorum vni circulo diuide semper diametrum circuli magni per 1. p. $\pi \cdot \pi.$ 2. & quod exit est quantitas exemplum sit circulus cuius diameter est 6. volo intra ipsum 4. circulos maximos inscribere & æquales diuide 6. per 1. p. $\pi \cdot \pi.$ 2. exit $\pi \cdot \pi \cdot 72.$ m. 6. & tanta est diameter cuiuslibet circuli inscribendi.

Cum volueris scire diametrum circulorum trium maximorum inscribendorum alii cui circulo & æqualem diuide diametrum circuli propositi semper per 1. p. $\pi \cdot \pi.$ $1\frac{1}{3}$ & quod exit est diameter circulorum inscribendorum exemplum sit circulus cuius diameter sit 6. volo scire quanta erit diameter trium circulorum æqualem inscribendorum diuide 6. per 1. p. $\pi \cdot \pi.$ $1\frac{1}{3}$ exit $\pi \cdot \pi \cdot 432.$ m. 18. & tanta est diameter quæsita.

In trigono duorum æqualem laterum non ⁵⁵ possunt inscribi tres circuli æquales se tangentes ideo non curvo. Frater Lucas per la co ostendit sed illi qui sunt super basim non se tangunt ideo non est propria inscriptio talia autem quæ cadunt extra normam sunt infinita & de talibus sufficit ostendere quod fiunt per algebra sicut ostendimus superius de duobus circulis trigono inscribendis verum oportet variare figuram & trahere semper lineas à centris circulorum ad bases trigoni perpendiculares & continuare centra circulorum iniucem & tertio facere positio nem de diametro vel semidiametro & hæc tria precepta sunt communia in omnibus fe re talibus inscriptionibus inscribere autem tres circulos æquales trigono æquilatero per se clatum est nam duo inscribuntur per præcedentia quibus tertius etiam necessario est æqualis quia trigonus est æquilaterus ideo regula de duobus in hoc casu seruit etiam tribus.